



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 83. Concilii Tridentini Sessio IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcul. XVI di errores attribuere, propter quos illa
A. C. 1546. foret rejicienda,

§. LXXXIII.

Concilii Tridentini Sessio IV.

Labbe Coll. Concil. t. 14. p. 744. Pallav. n. 4. Raynald hoc ann. n. 48. Die octava Aprilis habita est Sessio quarta, ad quam Synodi Patres pro more in Ecclesia Cathedrali Pontificio habitu ornati convenerunt. Præcedebant eos tres Legati, quos sequebantur duo Cardinales Madrutius & Pachecus, novem Archiepiscopi, & quadraginta duo Antistites præter Franciscum Toletanum Cæsaris Legatum, qui Mendozæ absentis vices supplebat. Aderant quoque P. Jajus ex Societate Jesu Augustani Cardinalis Procurator, omnesque illi Abbates ac Ordinum Generales, qui ad præcedentem Sessionem confluxerant. Post hæc Turritanus, hodie Saffarensis Episcopus rem divinam de Spiritu sancto peregit, sermonem vero Latinum Augustinus Bonuccius supremus Servorum B. V. Præfectus habuit, vehementerque adversus Lutherum declamavit, ostenditque, illum esse Pseudo-Apostolum, impium Verbi divini corruptorem, eoquod per sacrum Evangelium ea, quæ illi recta adversantur, stabilire præsumpsit, secumque hominum cohortem gladiis & fustibus armatam du-

duxit, ut ea doceret, quæ non nisi ca- Sæcul. XVI,
A.C. 1546.
ro & sanguis eidem revelare poterant.

Aboluta oratione, precibusque pro more peractis Litanix decantabantur, ad illa autem verba a Cantoribus prolata: *Ut domum Apostolicum, & omnes Ecclesiasticos Ordines in sancta Religione conservare digneris*: tres Præsides prius genuflexi surgebant, primusque Legatus vultu ad Patres converso eis bene precatus est, alta voce exclamans: *Ut banc sanctam Synodum &c.* Omnibus hisce finitis quidam Diaconus ex cap. 7. D. Matthæi Evangelium, quod incipit ab his verbis: *Attendite a falsis Propbetis &c.* decantavit, quo absoluto Præsides Hymnum: *Veni Creator Spiritus*: intonans, postea orationem subjunxit: idem vero Archiepiscopus, qui prius sacris operatus est, Decreta prælegit, & an ea Patres approbarent, interrogavit, cui omnes responderunt: *Placent*, cum aliquibus additionibus. Hac lectione finita ad diem septimam Junii, in quam incidit feria quinta post Pentecosten, Sessio sequens fuit indicta.

§. LXXXIV.

Sessiois IV. Decretum primum de Libris Canonicis.

Ex illis, quæ in hac Sessione prælebantur, Decretis primum libros Ca-